minum primum peremptorium vlteriores omnes exinde con
sequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios
vera infirmitate pro maiori minorennitate Suosdum legati
one intra vel extra Regnum servitio militari ad muniments
ad euictorem vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus
impedimentis non differendo. Ad quietationem praeterea
vltra proximos Succeßy praefati Tribunalis Regni Lublinen
vel Petricouien terminos dilationem sibi non recipiendo,
nullasque motiones appellationes ac earum prosequutione
faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel im
plicatis euasionibus suspensionibus fatalis Juris pro
seruorum Terrestri bello conuentione vel alijs quibusuis Juris
remedijs et defensis non subterfugiendo, nec quouis alio
modo euadendo. Hic suis praesentibus personalibus
recognitionibus ad praemissa omnia mediantibus.

Sabbatho ante Festum Sancti Michaelis Archangeli proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo. 27/IX

Smereczanski Drebczanowiczom Quietat.

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Ca
stren Capitan Premyslien Nobilis Theodorus Smereczanski
sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juri
bus Jurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competenti
bus recedendo Praesenti vero Castren Capitan Premyslien

Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie inscribendo atq subyciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Nobilem Alexandrum Rzwiski nec non Laboriosos Eliam et Paulum Drebczanowiczow fratres inter se germanos tum Stryc filium praedicti Heliae Drebczanowicz Subditos de Aduocatia Sacra Regiae Maiestatis Israel Principales mutuosq cooperatores, aliosq eiusdem Aduocatiae Subditos eorumq posteros de Protestatione certa per se Recognoscentem contra ipsos coram Actis officij praesentis paulo superioribus facta certa ratione per ipsos ipso die Dominico intra Octauas Festi Sacratissimi Corporis Christi Domini proxime praeterito Anno praesenti sui Recognoscentis domum suam per Aduocatiam praedictam discedentis vias stratas liberas publicas obsessionis aggressionis nulla de causa grauiter et enormiter consulationis consauciationis, in manum mutilationis, aliarumq vulnerationis perpetrationis, nec non de eductione exhenium violentiarum perpetrationis, poenisq quibusuis de iure eo nomine ipsaq taxa vulnerum, prouenientis ob praestitam sibi satisfactionem quietat emittit dimittit et liberos absolutos q facit et perpetuo pronunciat. Protestationem eandem cum sui eductione vulnerum cassat mortificat et annihilat. Sibi Recognoscenti Suisq posteris ratione praemissorum omnium perpetuum imponendo silentium Actu sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia accedente.

Nichrebecki Vstrzyckiemu Donat. 309

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan. Praemyslien Nobilis Georgius Nie-